



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Sabbato. De sexto motivo acuendi in cælum desiderii; quod inde gaudium
spirituale redundet. Spes cæli, cælum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

vita aeternae, ecco convertimur ad gentes, dicebāt
 Judæis Apostoli; quod & Christus Dominus
 illis & cœli contemptoribus comminatus e-
 rat, *Math. 21* Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur
 genti facienti fructus ejus. Et qui ceciderit su-
 per lapidem istum confringetur: super quem verò
 ceciderit, conteret eum. C. ADVNT super eum
 qui modo contemnunt, inquit sanctus Augusti-
 nus, cadet verò super eos cum in poenam con-
 temptus, conteruntur & perduntur, tanquam

pulvis quem proicit ventus.

Anteverte hanc poenam, agnosce quàm
 peccaveris, non satis desiderato cœlo tam de-
 siderabili. Confitere quam inde indignitatem
 contaxisti; Dic cum Eldra Sacerdote: *1. El. 3.*
Deus meus confundor, & erubescio levare faciem meam
ad te. Et cum Rege Manasse: Non sum dignus
intueri & aspicere altitudinem cœli. Aut cum
filio prodigo: Pater, peccavi in cœlum, & coram
te: iam non sum dignus vocari filius tuus. *Oratio*
Manasse. *Luc. 13.*

Lib. 1. de
 Quaestion.
 Evang.
 t. 39.

S A B B A T O. DE SEXTO MOTIVO ACUENDI IN

Cœlum desiderii:

Quod inde Gaudium Spirituale redundet.

Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem, cum gaudio magno. Luc. 24.

VERITAS PRACTICA.

Spes cœli, cœlum est.

Prov. 13. Sensus est, quod licet spes omnis qua differtur as-
 figat animam, afflictio tamen anima sperantis
 cœlum, sic suavis est, ut quidam cœli pragu-
 stus videntur: & quo maior est afflictio, eò sit
 suavitas maior, & pragusius cœli suavior.
 Ratio est, quia quò maior est anima sperantis cœ-
 lum afflictio, eò maior est cœli possidendi seu
 futura Beatitudinis certitudo & fiducia.
 Sed quò maior est talis certitudo, maior est sua-
 vitas, & pragusius cœli suavior.
 Ergo & quò maior est afflictio, inde est maior illa
 suavitas: & sic abundat consolatio, ut iam
 cœlum possideri putetur, sicque spes cœli, cœ-
 lum dici possit; ac proinde etiam, mirum inde
 quantum cœlestia provocentur & acuantur
 desideria.

I. PUNCTUM.

Dubitari non potest, quin aliquam ex
 recessu Christi Domini mœstitiam
 omnes Discipuli senserint, & quò cum
 præsentem magis diligerent, quin eò dolen-
 tius absentem deplorarent; verum cum de il-
 lius cœlesti Gloria certi essent, & de sua futu-
 ra bene sperarent, ubi cum aliquando revise-

rent; tanto omnes derepente repleti sunt gau-
 dio, ut nihil nisi de eo colendo, adorando &
 benedicendo cogitarent, in eaque cogitatione
 & cœlesti gaudio permanerent toto vitæ de-
 cursu.

Hoc illud est scilicet gaudium, de quo jam
 ante illis Dominus dixerat: *Luc. 10.*
Math. 5. Gaudete quod no-
 mina vestra scripta sunt in cœlis. *GAUDETE* &
 exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœ-
 lis. Et certè quid est aptius ad excitandum il-
 lud gaudium, quam talis cogitatio? & quid
 potentius ad illam cogitationem crebro &
 frequenter usurpandam, quam gaudium il-
 lud quod inde redundat? Loquar, ait sanctus
 Bernardus, quod expertus novit, inexpertus ig-
 norat; animalis enim homo non percipit ea qua
 sunt spiritus Dei. Nunquid non plerumque oran-
 tibus nobis omnia viscerum succutiuntur occul-
 ta, ad memoriam gaudii illius quod est in Ierusa-
 lem, quæ sursum est, quæ est mater nostra: & la-
 chrymarum unda vultus meditantium perfundit?
 Si oblitus fueris tui Ierusalem, oblivioni detur
 dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus
 meis, si non meminero tui, si non proposuero Ierusa-
 lem in principio lætitiæ meæ. Verè in principio
 lætitiæ, quia finis illic repositus est. Principium
 gaudi: illius, quod hic quandoque sentimus. stillis
 est, guttula est, de flumine illo descendens, cuius
 impetus lætificat civitatem Dei. *Serm. in*
verba de
post. moysi
Regnum
Dei est
& postu.
Serm.
post. Moysi
15. 14.

Sed

Sed quod magis mirum est magisque perpendendum, cum spes quæ differtur, affligat animam, ut ait Sapiens, & quotidiana tentitur experientia: quomodo spes cœli quæ conjuncta est cœlesti desiderio, & quæ tantopere hic differtur, quomodo inquam non affligit sperantem? aut si affligit quomodo eum consolatur, quomodo tali replet gaudio, quale jam dictum est?

Hoc ut declararetur apertius, præmittitur Veritas paucis quidem expressa verbis, sed multo plena sensu, Spes cœli, cœlum est. Spes est quidem affligens, quia differtur, sed afflictio illa tam suavis est ut, quod magis affligit, magis afficiat suavitate quadam cœlesti, quæ Cœlum dici potest in terris, quod ea prægustet gaudia quæ sunt in cœlis.

Ratio quæ affertur, in sua prima parte & propositione, continet duplex documentum valde utile & scitu necessarium.

Primum est, quod afflictio spei cœlestis dilatare quod major est, eò majorem invehit cœli possidendi & futuræ beatitudinis certitudinem, quanta scilicet haberi potest in terris, talis enim afflictio manifestè indicat desideria terrena jam nulla esse, nullam terrenam solitudinem, nullum mundanum solatium; sed totum in cœlis defixum esse animum; totum ibi esse thesaurum & cor totum. Quæ certè animi dispositio magnam in se habet cœli certitudinem: Ut è contra, quod aliud est documentum, quem nullum movet desiderium, quem nulla dilatare spei tangit afflictio, signum est, ordinatè loquendo, vix ullam ejus animi partem esse in cœlo, vix illum aliquid suum existimare in cœlis esse repositum; nam de hoc crebrius cogitaret, sicut frequenter cogitat de suis prædiis, de suis negotiis, de suis bonis. *Portio mea in terra viventium*, inquebat David, quasi diceret, non hic in terris sed in cœlo mea sunt omnia posita, unde quid in se sentiret desiderii & certitudinis pro futura sua felicitate statim exprimit, *Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo; me expectant justi donec retribuas mihi.* Quod explanans S. Bernardus, sic nempe, inquit, *portio nostra in terra viventium, si ut decet memoriam affectio comitetur, & paucis interjectis: alioquin quid istud negligentia, quid pigritia, imò quid recordia est, ut non crebris suspiriis & ferventissima affectione abrumperet hinc, & in illa tam felicia agmina jaculari ani-*

Haynesvæ Pars II,

mos studeamus. *Vt nobis à duritia cordis nostri, vti à peccato gentium, quas Apostolus memorat sine affectione fuisse.*

II. PUNCTUM.

Sed quo major est certitudo & fiducia possidendi cœli seu futura beatitudinis, eò major est suavitas, & prægustus cœli suavior.

Hoc est fortissimum solatium quod habemus, inquit Apostolus, qui confugimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram habemus anima tutam ac firmam. Fusè autem & aptè sanctus Augustinus in illud Psalmi, *labores manuum suarum manducabis, QUASI perverse*, inquit, *videtur dicere non intelligentibus; debuit enim dicere, fructum laborum tuorum manducabis.* Tum verò reddens rationem cur potius dictum sit *labores manducabis*, quam *fructum laborum*: *Modò, inquit, labores habemus, fructus postea erit, sed quia ipsi labores non sunt sine gaudio, propter spem de qua paulo ante diximus, spe gaudentes, in tribulatione patientes, modò nos ipsi labores jucundant, & latos nos faciunt de spe.* Quod confirmans ex alio psalmo ubi dicitur, *surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris: Iste est*, inquit, *labor fructuum, panis doloris: nisi enim manducaretur non diceretur panis, nisi autem haberet aliquam suavitatem panis iste, nemo illum manducaret cum tanta suavitare.* *Plorat in gemitu qui orat: dulciores sunt lachryma orantium quàm gaudia theatrorum.*

Itemque in hos versiculos, *quare tristis es anima mea & quare conturbas me: spera in Deo.* Ecce, inquit, iam quadam interiore dulcedine lætati sumus: ecce acie mentis aliquid incommutabile superstrictum & raptim videre poruimus. Non dubitas de Deo tuo: jam aliquid incommutabile persensisti, &c. Ac rursus in alium Psalmum, ubi hæc refert Joannis verba: *nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus.* Quis non exultaret, inquit, si subito nescio cui peregrinanti, & ignoranti genus suum, patienti aliquam egestatem & arumnam, & in labore constituto diceretur: *filius senatoris es, pater tuus amplo patrimonio gaudet revera, revoco te ad patrem tuum. Quasi gaudio exultaret, si hoc non fallax promissor diceret. Venit ergo non fallax Apostolus Christi, & ait: quid est quod vos affligitis, habetis patrem, habetis patrimonium, filii Dei sumus, nondum apparuit quid erimus, sed*

Y y iam

Hebr. 6.

In Ps. 127.

Ps. 126.

Ps. 47.

Ps. 34.

1. Ioan. 3.

iam sumus in spe. Quasi diceret; quàm certum est de presenti nos esse filios Dei, tam verè nobis exultandum de futura patris hereditate. O quæ patris hereditas! O quæ filiorum beatitudo!

III. PUNCTUM.

Spes ergo cæli, cælum est; etiam si spes differatur, etiam si dilata sperantem affligat, tamen ipsa sperantis afflictio tam suavis est propter certitudinem & fiduciam quæ inde major percipitur, ut quod est afflictio gravior, eo sit suavis dulcior & securior: unde jam ex hac vita beati dicuntur, qui sic sperando

Ps. 127.

lugent & lugendo sperant: labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit. Beatus es, de presenti est, inquit sanctus Augustinus, bene tibi erit, de futuro est: cum manducas labores fructuum tuorum, beatus es: cum perveneris ad fructum laborum tuorum, bene tibi erit quod dixit: nam si bene tibi erit, utique beatus eris, & si beatus eris, bene utique tibi erit. Sed interest inter spem & rem. Si spes tam dulcis est, quando res dulcior erit? Itemque a libi, sicut spe salvi, ita & beati facti sumus.

1. 19 Civit. a. 4.

Quomodo verò fletus & gaudium simul sit de cælo, sic idem piè non minus quàm luculentè in psalmum, superflumina Babylonis illic sedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion. Inde oportet ut fleas recordando Sion: multi enim flent fletu Babylónico quia & gaudent gaudio Babylonis: gaudent lucris, & flent damnis: utrumq; de Babylonia est. Flere debes sed recordando Sion, Si recordando Sion fles, etiam quando tibi secundum Babyloniã bene est, oportet ut fleas. Attendat quisq; ipsam felicitatem suam qua exultat: attendat si non fluat illa felicitas, si potest certus esse de illa quod maneat in æternum. Si autem non est certus, & videt fluere unde gaudet, fluvius Babylonis est, sedeat supra & fleat. Sedebit autem & plorabit si recordatus fuerit Sion. O pax illa quam videbimus apud Deum! O pax illa & sancta aequalitas Angelorum! ò illa vi-

sio & spectaculum pulchrum. Ecce in Babylonia, pulchra sunt qua cives ipsius Babylonia tenent: sed non te teneant non decipiant. Aliud est solatium captivorum, aliud gaudium liberorum.

Quæ cum sanctus Doctor fusillimè toto illo psalmo explanando prosequatur, tum sic aptè concludit: Quàm libenter audistis, tam libentius agite quod audistis, si non vultis esse salices Babylonia, pasti de fluminibus eius & fructum nullum afferentes. Sed suspirate in æternam Ierusalem: quæ præcedit spes vestra, sequatur vita vestra: Ibi erimus cum Christo: Christus nobis modo caput, gubernat nos modo de super, amplectetur secum in illa civitate, cum aequales erimus Angelus Dei. Non audeamus hoc suspicari de nobis, nisi promitteret Veritas: Hoc ergo concupiscite fratres, hoc die nocteque cogitate. Quidquid de mundo feliciter arripserit, nolite præsumere, nolite libenter colloqui cum voluptatibus vestris. Si vultis armati esse contra tentationes in seculo, crescat & roboretur desiderium Ierusalem æterna in cordibus vestris.

Quod autem hic uno verbo dicit ad confirmandam nostram certitudinem, id promississe veritatem, paulò uberius & expressius sic in alium psalmum: qui promissit Deus est, crede, plus est jam quod fecit quàm quod promissit. Quid fecit? mortuus est pro te. Quid promissit? ut vivas cum illo. Incredibilius est quod mortuus est æternus, quàm ut in æternum vivat mortuus. Iam quod incredibile est, tenemus. Si propter hominem mortuus est Deus, non est victurus homo cum Deo? non est victurus mortuus in æternum, propter quem mortuus est qui vivit in æternum? accepit ex te unde moreretur pro te: Induit se ubi moreretur pro te. Induet te ubi cum illo vivas. Vbi se induit morte? in virginitate matris. Vbi te induet vita? in equalitate Patris. Quidam vestrum jam sursum est: quod hic accepit, ubi mortuus est, ubi crucifixus est. Iam quædam primitia tua precesserunt, dubitas quia secuturus es?

Ps. 148.

Ne dubita, dum modò non desis Gratia.